



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 113. Aliæ censuræ adversus quandam Lavallensem Monachum Ordinis  
FF. Minorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI. inquietabant doctores VI. *Anima hominis est immixta materia.* Hoc esse hereticum facultas adstruebat, & postea differebat examen alterius propositionis de mundo, quem Auctor fuisse ab æterno propugnabat.

§. CXIII.  
*Alice censuræ adversus quemdam Lavallensem Monachum Ordinis FF. Minorum.*

*Argentre p. 216. & seq.*

Sub idem tempus die septima Augusti Lavallensis in Cenomanensi agro Conventus Rector ex Ordine Fratrum Minorum ad Facultatem quinquaginta tres deferebat propositiones, quas unus ex suis Religiosis in præfata urbe publice ad populum proferebat. Insuper idem, ut vocant, Guardianus addebat testimonia eorum, qui hujus Monachi sermonem percepérant. Ceterum ex hisce propositionibus nonnullæ agebant I. de bonis, & reprobis in Ecclesia commixtis, II. de conditione veri Christiani, III. de Canonisatione D. Thomæ Aquinatis, ejusque doctrina. IV. de discrimine ciborum, V. de spei defectu in Apostolis: insuper nulli alteri, quam soli Deo cultum esse tribuendum, enuntiabat, & errores spargebat I. circa passionis Dominicæ merita, II. circa Verbum Dei, cultumque Sanctorum, III. vota, IV. bona

bona opera, peccatorum remissionem. *Sæcul. XVI.*  
 Præter hæc etiam Monachis manuum *A.C. 1553.*  
 labore esse necessarium statuit, egit-  
 que de Ecclesia, ejusque ritibus, atque  
 aliis argumentis, quæ studiose omitti-  
 mus, ne eandem rem repetere coga-  
 mur. Attamen omnes hæ propositio-  
 nes variis perstringebantur censuris, ea-  
 rumque nonnullæ tanquam captiosæ,  
 de hæresi suspectæ, erroneæ, Lutheri  
 erroribus consonæ, Sanctis Patribus  
 injuriosæ, scandalosæ, ac jam antea in  
 Concilio Constantiensi proscriptæ dam-  
 nabantur.

### §. CXIV.

#### *Duo libri de Symbolo, & oratione Dominica damnati.*

Die octava ejusdem Mensis Facultas *Argentre*  
 duos libros Gallice scriptos, ac in <sup>l.</sup> c. p. 219.  
 lucem editos proscribebat, quorum<sup>230.</sup>  
 primo titulus erat: *expositio Symboli*  
*Apostolici*, alter vero inscribebatur: *ex-  
planatio orationis Dominicæ*. Ex pri-  
 mo horum operum extrahebantur tres  
 propositiones, quarum prima hominem  
 depingit tanquam rem inanimatam in  
 Dei manibus. Altera respicit Christi  
 Passionem, quæ non malitiæ hominum,  
 sed Dei consilio adscribitur. Tertia af-  
 firmat, quod, quantacunque quis San-  
 ctitate emineat, coram Deo tamen æter-  
*Hist. Eccles. Tom. XLI.*      Zz      na